Justus refutat Simeonem

manum quae Constantinus interfectus erat, post multos sermones et congressus, ut fieri solet, apostolica verba edisserens: quoniam in ipso condita sunt omnia, quae in coelo et super terram sunt, visibilia et invisibilia, sive throni, sive principatus, sive potestates. Omnia creata sunt per ipsum et in ipsum. Et ipse est ~~pro~~ ante omnia et in ipso subsistunt omnia. Haec, inquam, verba in medium proferens, opposuit se Simeoni graviter: cum et ipsi decepti sint, et se sectantes decipiant: quippe qui creatorem coeli et terrae, verum Deum, et patrem Domini nostri Jesu Christi minime agnoscant, sed alium quendam potius de quo apostolica scripta nihil doceant. Ex hac contentione

Coloss. 1, 26. 17.

cum lis et contentio interminabilis exorta esset, defert Justus rem ad Episcopum Coloniae, ut mentem apostolicorum verborum tanto luculentius perciperet; simulque omnia detegit quae Simeon fecerat et cum aliis ~~egit~~ huc usque gesserit. Hic denunciat Imperatori. Justinianus erat eo tempore, qui post Heraclium Imperatoriam dignitatem assecutus, ~~erat~~ ~~qui~~ accurate inquiri et dijudicari horum hominum causas ~~jubebat~~, et contumaces atque eos qui olim poenitentiam simulaverant, ~~similiter~~ statim autem in easdem impietates relapsi fuerant, igni supplicio puniri mandabat. Atque ita reliqua illa turba simul cum Simeone (qui et Titus vocabatur) acerbe ~~[illegible]~~ vitam amisit. Paulus autem quidam gente Armenius duorum filiorum pater, quorum alterius nomen erat Genesius, alterius ~~[illegible]~~ Theodorus, latenter fuga avertit (cui eadem cum reliquis omnibus poena decreta erat) in Episparin supra nominatam pervenit, ibique impietatem studiose disseminavit. Et ab hoc quidem Paulo non minima pars horum sectariorum, ipsum quoque nomen Paulicianorum, sive potius ~~[illegible]~~, quam a filiis Callinices —

et supplicium Simeoni accersit.

(pariter autem ut ante l. omit)

Paulus Armenius sectae caput.